UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

11. Iurisdicto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

Visual Library

ſi poſteà fiat poſſibilis, aut licita, non obligat, *l.1.diſp.50.nu.6.*

14 Iuramentum obligat, rebus non mutatis, *l.1.diſp.57.nu.1.*

15 Iuramentum habens tacitam conditionem, non indiget relaxatione ea non impleta, *l.1.d.67.nu.4.*

16 Iuramentum quod omnino ſeruari nequit, obligat ad partem poſſibilem, quando obligatio eſt diuidua, & non per modum vnius contracta, *.diſp.35.nu.6.*

17 Iuramentum probat ignorantiam, vt quis reſtituatur in integrum, *lib.7.diſputat.37.num.27.*

18 Iuramento patrini non probatur defectus legitimæ intentionis contrahendæ paternitatis, dum tenet in Baptiſmo, vel Confirmatione, *l.7.diſp.58.nu.8.*

Iuriſdictio.

1 Iuriſdictio ex priuilegio annexa perpetuo dignitati vel officio, eſt ordinaria, & delegabilis, *l.2.diſ.40.nu.14.* Excepta poteſtate conferendi beneficia, *ib.nu.16.*

2 Iuriſdictio contentioſa eſt illa, quæ habet contradictionem, & inter contendentes exercetur, quæ non poteſt exerceri extra territorium. Altera eſt voluntaria, quæ in ſolos ſubditos volentes exercetur, vt adoptio, & mancipatio, manumiſſio, & poteſt exerceri extra territorium. Aliquando tamen voluntaria aſſumit naturam contentioſæ. Et quando

exigi-

exigitur cauſa iudicialis, nequit extra territorium exerceri abſque licentia iudicis, & conſenſu partium, *l.* 3. *d.* 19 *n.* 7. 8. *&* 9.

3 Iuriſdictio non adimitur ignoranti, *lib.* 5. *diſp* 30. *nu.* 11. Nec prodeſt cum ignoranti, nec poteſt conferri actu interno, *lib.* 3. *diſp.* 36. *numer* 8.

4 Iuriſdictione conceſſâ conceduntur ea, ſine quibus illa explicari nequit: & conceſſâ re concedi videntur neceſſaria ad illam comparandam, *l.* 3 *diſp.* 19 *nu.* 4.

L

Largitas ſponſalitia.

1 SPonſalitia largitas eſt donatio facta inter ſponſos de futuro, matrimonij ineúdi ſpe, eius cauſa. Huius autem donationis eſt natura, vt pacto inito inter ſponſos, ne ad donãtem vllo caſu redeat, ſtatim acquiratur irreuocabiliter donatario, quamuis nec copula, nec oſculum intercedat, & eius culpa matrimonium non ſequatur. Sed quando tale pactum non fit, hodie habet tacitam conditionem, v. g. ſi matrimonium ſequatur, & eo cõſummato perficitur, *libr.* 6 *diſput.* 18. *numer.* 1. *&* 2.

2 Matrimonio non ſequuto culpa donantis, perdit omne datum, & omne promiſſum; & acceptum tenetur reſtituere. Si autem caſu, v. g. morte alterius ſponſi, intercedente oſculo, lucratur dimidiam ſponſalitiam largitatem

tan-